

Celeberr. D. Heumannus, Theol. quondam Goettingensis in  
Consp. H. L. p. 370, in nota, adfirmat:

**O**perae suae pretium fecerit, qui Witteniani operis (Diarii nimirum Biographici, quod ille rectius Diptycha Literaria vult, ut vocatum esset, quam, Diar. Biographicum) continuationi se adcinxerit.

Celeberr. D. D. Walchius, Theol. Goetting. in Compendio historiae ecclesiasticae recentissimae sic differit pag. 3. et 4.

**N**on fas est, eos (egregios scriptores) a nobis quasi misceri, et in vnum colligi corpus, qui sententiarum discrepantia longissime inter se dissident. Primum ergo locum dabimus nostrae Reipublicae, quae Lutheri sectatur disciplinam, ciuibus,

